

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula IIX. In definition nihil desit

urn:nbn:de:bsz:31-102400

dem animal rationale sanum est homo, sed non omnis homo est animal rationale sanum; potest enim esse aliquis homo æger. (III.) Non debent se habere ut excedentia & excessa: alias enim neutrum de altero universaliter affirmabitur, sed utrumque de altero particulariter tum affirmabitur tum negabitur. Ut si quis dicat, hominem esse animal album: nam non omne animal album est homo, ut patet de cygno; nec omnis homo est albus, ut patet de Æthiope; quoddam tamen animal album est homo, & quoddam homo est animal album, ut Germanus.

REGULA IIX.

In definitione nihil desit.

I. Dupliciter contingit, aliquid in definitione deesse. Vel enim ita deest, ut propter defectum hunc definitio non reciprocetur cum definitio, sed sit latior. Et talis defectus omnino tollit rationem definitionis, proptereaque hoc modo nunquam aliquid deesse debet. Ut si definias hominem, quod sit *corpus animatum sentiens*, ubi propter absentiam differentie specificæ definitio latior est definitio. Vel ita deest aliquid, ut tamen definitio amplior definitio non sit, sed eum reciprocetur: quod fit, quando aliquid definitur per genus remotum & differentiam

tiam, specificam, omisſis differentiis inter
mediis. Quibus de definitionibus quid ſenti-
endum ſit, patet ex *Reg. V.*

REGULA IX.

*In definitione nihil redundet. VI. Top.
cap. 1. §. 6.*

I. *Ejus, quod non rectè, ſcilicet definitum
eſt, (inquit ibi Ariſtoteles,) due ſunt partes
una, ſi obſcurâ interpretatione uſus ſit, altera,
ſi plus dixerit in definitione, quàm oportuit.
Quicquid enim adſicitur in definitione, ſuper-
vacaneum eſt. Quò pertinent, quæ l. c. Cap.
III. §. 2. habet: Omne illud redundat, ajens,
quò ablatò, id quod remanet, perſpicuam facit
definitionem. I. aſi definias hominem, quod
ſit animal rationale bipes, ablatâ hâc voce bi-
pes, reliqua verba ſufficienter declarant eſ-
ſentiam hominis: bipes igitur redundat.*

II. *Ex quò perſpicimus, quid ſentiendum
ſit de vulgatâ definitione unius, quâ dicitur,
unum eſſe, quod eſt indiviſum in ſe, & divi-
ſum à quolibet aliò. Cùm enim ablatiſ illis
verbis, diviſum à quolibet aliò, ea quæ reman-
ent, naturam unius exprimant, ipſa certè
ſuperflua ſunt. Unde etiam Ariſtoteles *V.
Metaph. c. VI. §. II. & L. IX. c. I. §. 2. & c. V.
§. 9* explicans naturam unius, tantùm per
negationem diviſionis eam explicavit, de
diviſione ab aliò autem nihil dixit.*

III.

II.
definitio
de fiat a
cecur: u
tionale,
omniò
nò abef
cedat, ſ
tò: ut ſi
bipes, &
bilis.

Definitio
cap

I. D
quidem
disting
ſed tern
tiam: u
Homo e
enuncia
ra, quæ
eſt anim
defini
tilianò
eam Li